

Lex coloniae Genetivae Iuliae s. Ursonensis.

6087 [LXI. . . Cui quis ita ma] num inicere¹ iussus erit, iudicati iure ma|nus iniectio esto itque ei s. f. s.² facere liceto. Vin|dex arbitrato $\bar{\bar{I}}$ viri quique³ i. d. p.⁴ locuples⁵ | esto. Ni vindicem dabit iudicatumque⁶ faci|et, secum ducito⁷. Iure civili vinctum habeto⁷. | Si quis in eo vini faciet, ast⁸ eius vincitur, du|pli damnas esto colonisq. eius colon. HS cclxx cclxx⁹ d. d.¹⁰ esto, eiusque pecuniae cui¹¹ vo|let petitio, $\bar{\bar{I}}$ vir. quique³ i. d. p.⁴ exactio iudicati|oque esto.

LXII^{11a}. $\bar{\bar{I}}$ viri quicumque erunt, ii $\bar{\bar{I}}$ viri¹² in eos singulos | lictores binos, accensos sing.¹³, scribas bi|nos, viatores binos, librarium, praecone|nem, | haruspicem, tibicinem habere ius potestas|que esto. Quique in ea colonia aedil. erunt, | iis aedil. in eos aedil. sing. scribas sing., publi|cos cum cincto limo¹⁴ $\bar{\bar{I}}$ III, praecone|nem, haruspici|cem, tibicinem habere ius potestas|q. esto. Ex eo | numero, qui eius coloniae coloni erunt, ha|be|to. Iisque $\bar{\bar{I}}$ vir. aedilibusque, dum eum mag.¹⁵ habe|bunt, togas prae|textas, funalia, cereos ha|bere ius potestasq. esto. Quos quisque eo|rum ita scribas lictores accensos viatorem | tibicinem haruspicem praecone|nem habebit, iis | omnibus eo anno, quo anno quisque eorum | apparebit, mi|litiae vacatio esto, neve quis e|um eo anno, quo mag.¹⁶ apparebit, in|vitum | militem facito neve fieri iubeto neve eum | cogito neve ius iu|randum adigito neve a|digi iubeto neve sacramento rogato neve | rogari iubeto, nisi tumultus Italici Gallici|ve causa. Eisque merces in eos singul., qui $\bar{\bar{I}}$ viri|ris apparebunt, tanta esto¹⁷: in scribas sing. | HS ∞ CC, in accensos sing. HS DCC, in lictores | sing. HS DC, in viatores sing. HS CCCC, in libra|rios sing. HS CCC, in haruspices sing. HS D, prae|coni HS CCC; qui aedilib. appareb.¹⁸: in scribas | sing. HS DCCC, in haruspices sing. HS C¹⁹, in ti|bbicines singul. HS CCC, in praecones sing. HS CCC. | Iis²⁰ s. f. s.² kapere liceto.

LXIII. $\bar{\bar{I}}$ viri, qui primi ad pr. k. Ianuar. mag. habebunt, appa|ri|tores totidem habento, ²¹sing. apparitores ex h. l. ha|bere liceto²². Iis|que apparitorib. merces tanta esto, | quantam esse oporteret, si partem

1) Cf. Gai. 4, 24. De rebus in hoc capite memoratis egerunt Mommsen Eph. ep. 3 p. 109; Exner Zeitschr. f. Rechtsgesch. 15, 1878 p. 392 seq. — 2) Sine fraude sua. — 3) Scr. quive. — 4) Iure dicundo praerit. — 5) Cf. Dig. 50, 16, 254, 1. Lex Rubr. c. 22 vers. fin. — 6) Scr. iudicatumve. — 7) Cf. Legis XII tab. reliq. ed. Schoell p. 122. — 8) Cf. supra N. 5050 not. 32 (p. 286). — 9) Sestertium viginti milia. — 10) Dare damnas. — 11) Sic paene constanter scriptum in hac lege (cf. not. 68. 474); debuit esse: qui. — 11a) Numeri hi postea additi, infra primum unius cuiusque capituli vocabulum, quod paullo marginem versus excurrit. — 12) Scr. iis (in aere est IK) $\bar{\bar{I}}$ viris. — 13) Singulos. — 14) Cf. infra ad N. 6519. — 15) Magistratum. — 16) Magistratibus. — 17) De his mercedibus cf. Mommsen Eph. ep. 3 p. 107. — 18) Apparebunt. — 19) Errorem in numero esse suspicatur Momms. — 20) Fortasse itque iis, ut paullo post (cap. LXIII). — 21) Inserere quot, 22) scr. licet.